Тр. IV, Курл. № 24 ст. 425

ЦѢНА ДВА
РУБЛИ

Vladislaus IV Dei gratia Rex Poloniae magnus
Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogi-
tiae Livoniae Smolenciae Czernichovieq etc nec non Sueco-
rum Gottorum et vandalorumq hereditarius Rex. Si-
gnificamus presentibus literis nostris quorum interest uni-
versis et singulis Exhibitas nobis fuisse literas Pargame-
neas manu Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis
Poloniae subscriptas Sigilloq minoris Cancellariae commu-
nitas sanas salvas illaesas omniq suspitionis nota carentes
Supplicatumq nobis est ut eas authoritate nostra Regia approbare et confir-
mare dignaremur. Quarum literarum tenor de verbo ad verbum sequitur
talis. In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam
Quoniam res gestae hominum vetustate et oblivione intereunt proventer
Literarum monumentis aeternitati commendatur. Proinde nos Si-
gismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux
Lithvaniae nec non Terrarum Cracoviae Sendomiriae, Siradiae Lanci-
ciae Cuiaviae Russiae Prussiae Masoviae Podlachiae Volhyniae, Cul-
men Elbinen Pomeraniae Samogetiae Livoniaeq Dominus et haeres
Significamus presentibus literis nostris quorum interest universis et
singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Exhibue-
runt Nobis oppidani de Suraż oppido nostro in Terra Podlachiae siti
Literas Pargameneas salvas integras et omni suspitione carentes, Sigillo
appenso Magni ducatus Lithvaniae communitas et manu nostra subscrip-
tas. Quibus nos Illustrissimi Alexander olim ducis Lithvaniae Patrui
nostri Privilegium quo divae memoria Casimiri Avi nostri praedicto op-
pido largitae et concessae quaedam libertates confirmatae fuerint, itemq
per multa alia Iura et beneficia ab ipso met. Alexandro seorsim indulta
continebatur authoritate nostra Ducali confirmavimus et perpetuam
robor ac firmitatem illas habere decleravimus. Sed quoniam in hoc
generali Regni conventu Lublinensi omnes Terras Podlachiae quae
in regno nostro Poloniae disiuncta per multa tempore magno ducatui
nostro Lithvaniae adhaeserunt eidem Regni Poloniae iustis ration-
bus, tamquam primaevo suo et vero corpori restituimus atq univimus
Ea de causa Supplicarunt nobis praefati oppidani de Suraż ut illas
ipsas eorum oppidi Literas denuo Authoritate nostra Regali confirmaremus
atq stabiliremus. Quarum quidem de verbo ad verbum tenor sequitur
et est eiusmodi In nomine Domini Amen. Ad Sempiternam rei
memoriam. Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae
magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae etc dominus
et haeres Significamus tenore presentium quibus expedit universis
et singulis, quibus interest vel interesse poterit praesentibus et futuris
harum notitiam habituris. Quia cum exhibitum esset coram nobis per
consulem et consularem Oppidi Nostri Suraż in Terra Podlachien et Terri-
torii Bielscen magni ducatus nostri Lithvaniae siti nomine universita-
tis eiusdem oppidi huc ad nos cum Speciali mandato missos, Diploma
seu Privilegium eorum a maioribus nostris illi oppido concessum in
Pargameno descriptum Sigilloq serenissimi divae memoria Alexandri
Patrui nostri desideratissimi appenso communitum. Supplicatumq nobis
est, ut quando quidem hoc ipsum diploma paulo Superioribus diebus,
casu quodam fortuito nempe quod domus illa in qua hoc ipsum cum
Scriniolo tam asservabatur vi tempestatis et turbinis nudato parte tecti illius impetuq
tandem imbrium tam cohortarum perstillasset, abidq aquis aliquanto pars huiusce
Diplomatis ferre in medio madefacta esset unde et scriptura in locis quibusdam haud
modice obscurata et con polluta videbatur ita tamen ut legi et discerni ad huc posset
Quare illud denuo exscribi iuberemus, authoritate Nra clementer approbare et confirmare
dignaremur. Quod quum nos haud iniquum existimaremus considerandoq hoc ipsum
diploma memoratum esse salvam et omni prorsus suspitione carere illud denuo co-
scribi iussimus. Quod quidem ad verbum in originali suo ita habetur. In Nomine
Domini Amen. Et quia ea quae inter mortales sub tempore fiunt negotia

procedente actate in oblivionem venirent, ad posterosq et Successores nulla gestorum negotia perveniret. Proinde Regum et principum alta consilia invenerunt, ut huiusmodi negotia quae sub eorum principatu et regimine aguntur, ut in notitiam posterorum deducantur, literis et fideli testimonio personare. Ad perpetuam proinde rei memoriam. Nos Alexander Dei gratia Magnus Dux Lithvaniae, nec non Terrarum Samogitiae, Russiae Prussiae Kiioviae, Dominus et haeres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis praesentibus et futuris. Quomodo venientes ad praesentiam Nostram circumspecti Proconsules et consules civitatis nostra Suraż nomine et commissione totius communitatis nobis Supplicaverunt, ut ipsis Iura et privilegium Iuris Theutonici Magdeburgensis ipsis per Serenissimum Principem et Dominum Casimirum olim Regem Poloniae et magnum Ducem Lithvaniae et genitorem nostrum Charissimum confirmaremus. Nos volentes in robore confirmitudine literas genitoris nostri expressas habere et conservare ad petitionem eorum licitum gratiosi annuentes Iura seu Privilegia ipsorum huiusmodi confirmare et roborare voluimus, praesentibusq roboremus confirmamus et roboramus Quarum tenor de verbo ad verbum Sequitur. In nomine Domini Amen. Casimirus Dei gratia magnus Dux Lithvaniae Russiae Etc. rei memoriam sempiternam Significamus per presentes universis et singulis, tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris. Quomodo volentes civitates nostrae Suraż conditionem meliorem fieri et in multitudine populi felicia suscipere incrementa praefatae civitatis nostrae Suraz ac omnibus et singulis civibus et Incolis utriusq ritus videlicet, tam S. Romanae, quam Graecae Ecclesiarum Cultoribus, ipsam civitatem inhabitantibus praesentibus et futuris. Quia dedimus et contulimus, et praesentibus damus et conferimus Ius Theutonicum quod Magdeburgense dicitur ibidem perpetue duraturum, in omnibus suis constitutionibus, punctis Articulis, et sententiis prout aliis civitatibus nostris Vilnae Kowno Brzescie dedimus et contulimus et prout Ius ipsum Theutonicum habet et requirit removentes in expressa civitate Suraż omnia Alia iura modos et consvetudine universas quae ipsum Ius Theutonicum Magdeburgense plerumque perturbare consveverunt. Eximimus in primis absolvimus et liberamus perpetuo omnes et Singulos cives et incolas civitatis Suraż ab omni Iurisdictione et potestate omnium Ducatus nostri Lithvaniae et Russiae Palatinorum Capitaneorum Iudicum et ulteriorum officialium et a curia in eodem Suraż et eius officia libus ita quod coram ipsis aut coram eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis puta furti Sangvinis homicidij incendii et membrorum mutilationis et quibusvis aliis minime, respondere nec aliquo poenas solvere tenebuntur, sed tantum coram Advocato ipsorum et non aliter quam Iure Theutonico Magdeburgensi. Advocatus autem coram nobis aut nostris Successoribus et tandem Literis nostris citatus fuerit respondere tenebuntur. In super expressos cives civitatis Suraż eximimus et liberamus ab exactione tabernalium alias Kapia perpetuo et in aevum. Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio literarum. Actum in datum Mercz feria quinta post festum Exaltationis S. crucis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinto. Praesentibus ibidem Illustri Duce georgio Siemionowicz Tenutario in Pinsko, Magnificisq Strenuis et nobilibus Petrasio Montigierdowicz Terrae Lithvaniae Marschalco generali, Ioanne Gasztold Vilnensi, et Ioanne Moniwidowicz Trocensi Palatinus, Sienkone Gotsgoldowicz Cancellario aliisq quam plurimis testibus fide dignis. Nos vero expressos Alexander Dei gratia Magnus Dux Lithvaniae Etc. Nedum literas Privilegii iam insertas genitoris nostri Charissimi roborare, prout iam roboravimus, sed etiam expressam civitatem Suraż et ipsius Incolas gratia et donatione nostra Speciali providere et augere volentes ad Supplicationem eorundem civium ut ipsis quosdam Terras seu agros daremus, quia paucos et ferre nullos agros haberent Volentes itaq civitatem dilatare ut cives eam inhabitantes reditus et tributa Nra solvere sufficerent, sed quia agri seu Terrae serviles Swiebne cigyte et Tributariae vulgo

ЦѢНА ДВА
РУБЛИ

Dziakielne dictae quorundam hominum nostrorum alia
vero desertatae advenerunt seu continuatae sunt in sub civi-
tatem expressum. Nos volentes civitate expressae defec-
tum providere absq. praeiudicio qui in eiusdem Terris resi-
derint commisimus et mandavimus Specialiter Magnifi-
co Nicolao Mikolaiewicz subpincernae Magni ducatus
Lithvaniae et Capitaneo Bielscensi ut pro eisdem agris
seu Terris possessionatis commutationem redderet deserta-
tos vero adiungeret, et quod omnes sic huiusmodi agros circum equitaret et
granitiebus limitaret pro expressa civitate. Expressus vero Magnificus Nico-
laus Mikolaiewicz capitaneus expressus Bielscensis secundum Commissionem
et mandatum nostrum agros seu Terras pro civitate expressa circum equitavit
vulgaliter Obiachał et limitavit. Incipiendo a Fluvio Narvia inferius directe
per fluvium Kruska et fluvio usq. ad molendinum nostrum a molendino
vero eadem fluvio Kruska in altum in fluvium Jesieniowka, ubi Kruska
advenit et sibi coniungitur Superius fluvium Jesieniowka et ibi signalia
facta sunt in Arbore Brzostk et ub istis signalibus granities transeunt
per depressum alias Łogiem et in aquosum alias Mokrzytna usq. ad cam-
pos eleboratos et ab eodem loco directe per campos et merica alias Dą bro-
wy usq. ad extremum Sylvae Holaczka dictum et Sylvam istam prae-
terendo et ultimus limes directe per latum iuxta Narew fluvium Supe-
rais civitatem. Unde expressus Capitaneus nostro huiusmodi limitationem
ex mandato nostro factam nobis inscriptis obtulit, quam nos literis seu
Privilegio inferere mandavimus, approbavimus et confirmavimus; agros
huiusmodi et campos sicut expressum et circum equitatos pro civitate ex-
pressa Suraż consignan inscriben presentibusq. inscribimus, haben
tenend pacifice et quiete possidend, nunc et in perpetuum. De quibus
agris et campis sic limitatis et per nos donatis expressi cives quilibet
de parte sua agrorum per ipsum possessa et laborata Decimam manipula-
rem de uni grano Plebano Ecclesiae Parochialis in ibidem solvere tenebuntur
tam Graecae, quam Latinae Ecclesiae neminem excipiendo Granicies vero et limites
antiquos quos cum villa Pietkowo ex antiquo habuerint, et usq. habent, qui limi-
tes transeunt iuxta Terras Terrigenarum nostrorum dictorum Smierdzi grochy
et vadunt usq. ad Gąsowkam fluviolum et ab eodem fluviolo usq. ad Narew
fluvium in huiusmodi granities et limites antiquos ipsis praesentibus confir-
mamus item expressi oppidani coram nobis exposuerint quomodo tempore
siccitatis et inundationes defectus habent molendinorum. Unde volentes
tanto defectui ipsorum subvenire ipsis admisimus et presentibus admitti-
mus, molas manuales alias Żarnij in domibus haben et eisdem molis
molari, sub tali tempore siccitatis vel inundationis. Tempore vero quo
molendina sufficerent, molare ipsis huiusmodi molis non admittimus
Excepto pauca molatione sicut pro pulmentis vel commodo insufficientibus
et pauperibus hominibus istud concedimus. Damus insuper et admittimus ex-
pressis oppidanis Sylvas nostras et nemora liberas pro aedificiis et lignis
absq. quavis prohibitione Tenutarii nostri et sui officialis et Terrigenarum
Eximimus insuper expressos oppidanos a foralibus alias Targowego et ho-
mines de districtu alias z Włości exceptis forensibus hominibus et advenis
qui solvere tenebuntur. Admissimus praeterea et praesentibus admittimus
expressis oppidanis fluvium Narew liberam ad piscandum, et faciendum
obstacula, alias Jazy et ut expressa civitas Suraż meliori ordine dirige-
tur secundum dispositionem Magdeburgensi ordinavimus constituimus et
presentibus ordinamus. Quod communitas cum Advocato haereditario annis
singulis tres consules cum communitate simul quartum Proconsulem
eligere debebant, et non aliter. Qui consules post Electionem nobis de obedien-
tia servanda et iustitia pauperi et diviti praestanda toties, quoties eos eligi con-
tigerit Juramentum praestare tenebuntur. Item ordinavimus et ordinamus
quod poenae iudicate alias potoczne nihil amplius nisi decem solidi recipian-
tur, qui faciunt sedecem ternarios testimonialis vero alias pamięłnego quatuor

solidi et non amplius. Item consvetudinem Kunica dictum, quae recipieba-
tur quando partes inter se iniuriatae amicabiliter componerent absq Juris scitu
quam nos consvetudinem et alias Ruthenicas penitus annihilamus decernimusq
quod omnino accipiantur Judex Juratus Judicium bannire debebit in duabus septi-
manis excepto Judicio necessario officialis vero cum consulibus praeterea positum
Judicium bannitum nihil iudicare debebunt nec aliquas decernere paenas solum
bannito seu exposito Judicio. In quorum omnium evidentius testimonium Sigillum
nostrum presentibus est subappensum. Actum et Datum in Grodno feria Sexta
post Festum Sanctum Bartholomei proxima Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Primo. Praesentibus ibidem Reverendis Magnificis et generosis
Domino Alberto Episcopo Alexandro Juriowicz Castellano Vilnensi et Capitaneo
Grodnensi, Joanne de Zabrzezie Palatino Trocensi et Marschalco Supre-
mo Magni Ducatus Lithvaniae, Nicolao Mikolaiewicz subpincerna Ma-
gni Ducatus Lithvaniae et Capitaneo Bielscensi, Janusio Alexandrowicz
Incisore nostro, et Tenutario Kamienicensi, Michaele Duc Hlinien Mar-
schalco curiae Nostrae, Petro Olechnowicz magistro coquinae nostrae, Ni-
colao Gingitowicz Magistro coquinae nostrae, et aliis quam plurimis fide
dignis per manus honorabilis Stanislai Venclii Notarii nostri qui presentia
habuit in commissis. In Super etiam Nos Sigismundus Augustus prae-
fatus eorundem oppidanorum Supplicationibus clementer annuen hoc ip-
sum sic modo descriptum Privilegium seu Diploma et omnia singulaq
in eo contenta uti iusta et legitima approband et confirmand esse duxi-
mus approbamusq et confirmamus per praesentes Decernen omnia et
singula in eo contenta robur debitae et Sempiternae firmitatis obtinere
debere. Harum Testimonio literarum quibus Sigillum nostrum est sub-
appensum quibus et manu nostra subscripsimus. Actum et datum Cracoviae
Sabatho ante ferias Divae Mariae Magdalennae quae erat vigesima
Mensis Julii Anno a natali Domini Servatoris Millesimo Quingentesimo
Quadragesimo Nono. Presentibus in reverendo in Chro Domini Valeriano
designato et confermato Episcopo Luccariensis Illustri et magnifico Nico-
lao Radziwil Supremo Marschalco M. D. Lithvaniae Capitaneo
Brzestensi et Tenutarii in Szawle ac duce de Olyka et Nieswiez et
venerabili ac generoso Petro Arciechowski praeposito Slobnicensis Flo-
riano Zebrzydowski referendariis curiae nostrae actionum Podlarensi
et Sekretariis nostris et caeteris quam plurimis officiariis et aulicis
curiae nostrae fide dignis testibus circa praemissa. Sigismundus
Augustus Rex subscripsit. Nos igitur huic iusta praedictorum
oppidanorum Supplicatione annuen, hoc Privilegium et omnia
quae in eis tam generaliter quam Specialiter velut aequa et legitima
contineretur ratificanda et approban duximus uti quidem approba-
mus et confirmamus presentibus literis nostris. Volen ut hoc om-
nia Suprascripta in omnibus suis punctis clausulis, articulus firmi-
tatem perpetuam et eternum robur habeant. Juribus nostris Regalibus sem-
per manentibus salvis. In cuius rei fidem et testimonium Sigillum
nostrum presentibus est subappensum Datt Lublini in conventu regni
nostri Generali Die quarta mensis Aprilis Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Sexagesimo Nono. Regni vero nostri Anno Quadra-
gesimo, presentibus Reverendissimo in Chro Patribus D. D. Jacobo
Uchanski Archiepiscopo Gnesnensi Legato nato et regni Poloniae Primate.
Philippo Padniewski Cracoviensi Stanislao Czarnkowski Vladislaviensi
Adamo Konarski Posnaniensi, Stanislao Hosio Sanctae Romanae
Ecclesiae Cardinali Varmiensi, Petro Myszkowski Plocensi, Alberto
Starozrebski Chelmensi Episcopis nec non Magnificis generosis et venerabi-
libus Sebastiano de Mielecz Castellano Cracoviensi, Stanislao Myszkowski

de Mirow Cracoviensi, Petro Zborowski Sendomiriensi, Alberto Laski Sira-
diensi, Ioanne Sierakowski Lanciciensi, Ioanne de Stużewo Brze-
stensi, Ioanne de Krotoszyno Junovladislaviensi, Georgio Jazłowiec-
ki de Buczacz Podoliae, Ioanne de Dąbrowicza Lublinensi, et regni
nostri Marschalco, Andrea Dembowski Belzen Palatinis, Stanislao
Sobek de Sulerow Sendomiriensi et Regni nostri Thesaurario, Ni-
colao de Mielecz Woyniciensi, Andrea Dembowski Siradiensi, Jaco-
bo Lasocki Lanciciensi. Raphaele Działynski Brzestensi Adamo
Drzewicki Janivladislaviensi, Stanislao Herbutth de Fulsztyn
Leopoliensi Valentino Dembinski Cancellario, Franciszko Krasinski
praeposito Plocensi et vice Cancellario Regni Nostri Stanislao
Barzy de Błożew Marschalco, Stanislao Sendziwojo Czarnkow-
ski commendatario Posnaniensi, Stanislao Ossowski Cantore Gne-
snensi et curiae nostrae Referendariis, Ioanne Bornkowski
praeposito Lanciciensi Stanislao Krasinski Scholastico Gnesnen-
si et aliis quampluribus Dignitariis officialibus Sekretariis
et aulicis nostris fide dignis. Datt per manus reverendi Fran-
cisci Krasinski praeposito Plocensi et regni nostri Vicecancella-
rio Sincerne nobis dilecti Sigismundus Augustus Nos itaq
Vladislaus Quartus Rex praefatus, huic Supplicationi ci-
vium praedictorum quoq benigne annuen praeinsertas literas in
omnibus earum punctis clausulis et conditionibus approban
et confirman esse duximus, uti quidem in quantum Iuris est
et usus earum habetur approbamus et confirmamus presentibus
literis nostris Decernen easdem vim et robur perpetuae firmita-
tis obtinere debere, iuribus Regni et Reipublicae Ecclesiae
Catholicae salvis manentibus. In cuius rei fidem presentes
manu nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussi-
mus. Datt Varsoviae Die duodecima Mensis Martii
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septi-
mo Regnorum Nostrorum Poloniae et Sveciae quin-
to Anno Vladislaus Rex.